

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio ae  
cum fonte primo

Virtus, inquit, per quietem se  
exercuit, scilicet in Iob, sed uirtutis  
opinio commota per flagella fragrauit.

Sicut, inquit, aromata fragranciam suam  
non nisi cum incenduntur expandunt, ita  
sancti uiri omne quod uirtutibus redolent  
in tribulationibus innotescunt.

Gregorius libro I. moralium.

Virtus quippe etiam per quietem se  
exercuit sed uirtutis  
opinio commota per flagella fragrauit.  
Et qui quietus in se ipso quod erat  
continuit, commotus ad notitiam  
omnium odorem suae fortitudinis  
aspersit. Sicut enim unguenta redolere  
latius nesciunt nisi commota et  
sicut aromata flagranciam suam  
non nisi cum incenduntur expandunt; ita  
sancti uiri omne quod uirtutibus redolent  
in tribulationibus innotescunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*,  
praefatio 2 (CCSL 143, M. Adriaen ed.,  
pp.11-12, ll.13-16).